



21
Bl. 89



Concedet pietas quos meruille potest
Et neque poterit doctum exornasse laborum
Nec fallam Civis tui bonis vota piois

Jo Richter Modra Hung 28 TheolC

PIA UOTA,
QVIBVS
NOBILISSIMVM, CLARISSIMVM,
DOCTISSIMVM QVE
DOMINVM
DN. PETRVM
MAGVLACS,
ALNOVIA HVNGARVM,
S. S. THEOL. ET PHIL. STUDIO SVM
HACTENVSPERINDVSTRIUM,
EX ALMA LEV COREA
ABEVNTEM,
IN PATRIAM PROSEQVEBANTVR
CIVES HVNGARI.

VITEMEERGAE,
EXPRESSIT FORMIS AVGVSTVS KOBERSTEINIVS,

Marc Cap. Fal. Schulchovion 28 Theol. & Phil.

*Non enim continet
sicut dicitur
Dum pietas
Vnde
Potesse
Cuius*





Eucoris insolito Musas quem vidit amore
 Prosequi, & eximia sedulitate Scholas
 Pannonia huic meritis reduci, ni fallor, honores
 Concedet, pietas quos meruisse potest.

Ut neque poeniteat doctum exantlasse laborem,
 Nec fallant Cives tum bona vota pios.

Jo. Richter Modra Hung. S. S. Theol. C.

Cum Patrium rursus studiis stadioque peractis
Cernere contendis, dulcis amice, solum:
 Non pregnans canis, aut recinentis Carmina Parra
 Non qui currentem reprimit angvis Egrum.
 Non celeri gressu currens Lupa rava per agrum
 Non coeptum vulpes foeta retaradet uer.
 Non vaga Te cornix teneat, picusve sinister:
 Sed saveat caelum, ventus & aura Tibi.
 Nam Tua sic Pietas meruit: metuenda sceleratos
 Omina, & insausa vox remoretur avis.
 Igitur: Virtus tibi Dux, Fortuna perennis
 Esto comes, nullis contaminanda malis.

Optima quaeque precam, adiecit

Daniel Lany, Kelm. S. S. Th. & Ph. St.



U hörest liebster Freund der Trübsal Winde stürmen!
 In unserm Vaterland da stets Verfolgung list:
 Die Arbeit wird gedrückt niemand will sie beschirmen
 Die Feinde sind außßs Blut der Christen sehr erhist.
 Doch geh mit Christo hin du wilt dem Herren dienen;
 Und zeugen von dem Fels des Glaubens unverzagt /
 Kein Feind dir schaden wird: Laß dein Pfand embsig grünen /
 Das du mit Gottes Hülf und stetten Fleiß erjagt /
 In Christi Zion hier da Gottes Lehre blühet!
 Und das zum Eigenthum der höchste außsersehn /
 Boman außßs Gottes Wort / und nicht außßs Wahnsinn siehet:
 Gott laß zu seiner Ehr LUTHERI Cansel stehn.
 Drum weil ER deinen Fleiß mit Weißheit hat gezieret.
 Und eine edle Cron aus Gnaden vorgesteckt /
 So lauffe nür getrost und traun dem der dich führet /
 Durch Thränen / Trübsahl / Spott; so bist du wohl bedeckt.
 Wohlhan so ziehe hinn des HEHREN Volk zu weiden!
 Mit seinen Gnaden: Wort / darnach sichs sündlich sehn't /
 Kämpff' und laß dich ja nicht der Trübsahl Bande scheiden;
 Von Gott; sich PETRE fest! so wird dein Haupt gekrönt.

Mit diesen wolte in gebührender Wacht sein aufrichtiges Gemüth eröffnen

Mart. Calp. Fabri Leutichovienf. S. S. Th. & Ph. C.

Nisquam constantes Pietas ab origine Mundi
 Servos deseruit, dulcis amice, suos,
 Sed veluti Grajum pugnans pro navibus Ajax
 Dum pice, dum flammis Hectoris ira furit.
 Aut, veluti fidas revocans Gallina sub alas
 Pullos, Accipiter dum violentus adest.
 Protegit infantes, tutamque educit in arcem,
 Quae super invictis rupibus alta jacet:

Sic ex quo centum Populi fluxere, Parentem,
Sic sanctum Sodoma: texit in urbe Lothum
Sic texit captum Pharia in tellure Iosephum
Vendiderat Fratrum quem minimo are chorus.
Cum Jesabel fureret, Pietas protexit Eliam
Hæc eadem capti Spes Danielis erat.
Hæc tibi perugium, Samuel, tibi murus, Elisa
Tutus erat, vestrum Marte premente latus.
Hæc Petro, genii specie inter vincla gementi
Carceribus fractis prompta locavit opem.
Hæc iter ingresso Pietas quoque PETRE, favebit
Qua TE cunque trahent fata benigna, TIBI
Huic Comites Musæ venient: at doctus Apollo
Mulcebit cythara tædia longa via.
Carmina plaudenti cantabunt voce sorores
Aurea, non laudes præteritura tuas
Ergo tibi, *Dilecte*, viam, fructusque Laborum
Collige, quos Doctis Pannonia terra parat.
Heu! tua venturo quas non Alnovia Lauros,
Quæ tibi non nescit læta paterna domus,
Mactæ animis! solide certe Pietatis honores
In vanas hucdum non abire vices
Non semper premitur; sed habet sua gaudia Virtus;
Præmiaque in proprio fert diuturna sinu.
Hæc TIBI, si nescis, *Magulatsi Dolce*, parantur:
TV modo non segni carpe parata manu

V.
Daniel Hockh,

A *Dprecor, ut bene sit Tibi, dulcis Amice, per annos*
Complures, nec Te tristia fata premant.

V.
Joannes Szép,

Petrus Magulács Alnoviensis.

^{divyáúna.}
Sanus Sapiens, aurum colliget.

S tibi sorte parem, libuisset vivere vitam
His cum, qui vacuas, instant sine pondere mentes,
Nonne cupri ferrique satis tibi suppeditasset
Patria, quam repetis, felix hoc munere tellus:
Ast quia conveniunt interdum nomina rebus,
Prowisa sic Virtus, proprium tibi condidit omen:
Non ferrum, Sanus Sapiens, sed colliget aurum!
Aurum est quod collegisti pretiosius auro,
Addidit huic Divina sacrum sapientia pondus.
Mactæ animo! referas pia, vir! collecta laborum
Præmia, que maneat tandem aurea laurea. Dixi.

Gabriel Pelargus Neogradienſis Hungar.

S.S. Theol. & Phil. Studios.

S Arcula jam cessant: gladiosque & cætera duri
Militis in tenebris occupat arma situs.
At nitidos viridi ramo redimita Capillos
Pax iterum Patriæ squallida rura fovet.
Ergo, quando TUI, *fidelis amice*, Parentes
Ad proprios cupiunt Te remeare Lares,
Carpe viam: Deus ipse, Tibi focusque Comesque
Duxque viæ fidus, si remeabis, erit.

Alexander Gerhart, J. V. S.

Quæ

Quæ jam vota feram? cum scandis pulpita sacra
Et doctum Specimen prodis, Amice, Tibi.
Adjiciam tantum pauca hæc: respondeat omen
Nomini, ut in cunctis sis maneatque petra.
Georgius Francisci Leutchovia Hungar.
S. S. T. S.

Qui prius in Patriam tendis, Te dogmata sana
Collegisse tibi, dulcis Amice, probas.
Perge domum, Patriam caram quo visere possis,
Faulstus & incolumis: detque iuverque Deus!
Zacharias Dekard Semp. Hungar.
S. S. Theol. & Phil. C.

Præstat aliquando negligere Patriam quo acquiratur
sapientia Casiodorus in Epist.

Der Tugend Ebenbild / zeige sich in dieser Zeite
An dir geliebter Freund als lebend in der That /
Ließ nur dis Symbolum, das bleibt dir auch zu theile
Was manch gelehrter Mann bereits erfahren hat.
Nicht blosser Abergwis / kein falsch gesämmelt beginnen
Kein Hochmuth / oder Ruhm kein unbedachter Rath
Rief dich nach Wittenberg / wo solche Ströme rinnen /
Die dein beliebter Geist in sich gefogen hat.
Wohl allen die sich so wie du gelehrt bemühen
Und weder Tag noch Nacht der Kräfte Meßter seyn
Wohl denen die wie du aus ihren Gränzen ziehen
Und dem das Vaterland mit flugen Wis erfreuen.
Drum geh und zeuge dich in deines Gottes Tempel
Als einen Aaron in vollen Glanz und Schein
Eeh nur du bleibest doch ein herrliches Exempel
By denen die dich einst zu ihren Driester wehnen
Der Ort der dich bisher so weit verreisen lassen
Küß deine Wiederkunft in voller Frölichkeit
Er will wie hiebevorn / dich in die Armen fassen
Und zeigen wie er sich / hocht über dich erfreut
So nimm aus Wittenberg / dich von mir zum geleite
Und ziehe den beglückt in deine Vater Stadt
Der Höchste schütze dich Er bleibe dir zur Seite
Und mache daß dein Fuß Ihm selbst zum Führer hat.

David Frühauß Leutchovia Hung
S. S. Th. & Ph. C.

Haud levis ingenii tractas, dilecte, laborem,
Hic sine successu non tamen ausus erit.
Ardua moliris, dum docto digeris ore
Ilago Prophas causam: tuare thesin
Hanc porro, veroque pioque levamine plenam,
Sacri sectando dogmata pura libri.
I, tandem, quo fata trahent, spe pectora mulcens,
Credere, ferens Studiis digna brabea tuis.

Michael Kermann Myavia Hung.
S. S. T. & P. S.

Cum tibi persuasum patrios sit adire, Penates
Quos servare cupis, scdultate tua,
Sacrorum, cursu Studiorum rite peracto,
Apprecor ex animo, sit tibi Jovæ comes!

Michael Schildberger,
Semp. Hung. L. L. Cult.

Ung VI 4

(x 2743293)



U 17
U 18





überwunden/
er Stunden
gethan:
er schärffer dran:
Ehren Kronen/
mehr belohnen;
ich steigen soll
de wohl.
gliche Wunsch deines
ers
ilarick, Col. V.
Magistri worden/



24

Jo Richter Modus Lung. S. 2. Theol. C.

Concedet pietas quos meruisse potest.
Pannonia hinc meritos reduci, ni fallor, honores
Procedit, & eximia leclitatis Scholas
Facoris insilio Mutas quem vidi amore

Nec fallant Cives tui bonis vota piois.
Ue neque poterant dogmam eximialis laborum,
Ue neque poterant dogmam eximialis laborum,

PIA UOTA,
QVIBVS
NOBILISSIMVM, CLARISSIMVM,
DOCTISSIMVM QVE
DOMINVM
DN. PETRVM
MAGVLACS,
ALNOVIA HVNGARVM,
S. S. THEOL. ET PHIL. STVDIOSVM
HACTENVSPERINDVSTRIUM,
EX ALMA LEVCOREA
ABEVNTEM,
IN PATRIAM PROSEQVEBANTVR
CIVES HVNGARI.

VITEMBERGAE,
EXPRESSIT FORMIS AVGVSTVS KOBERSTEINIVS,